dum hec agebantur. Verum hec Lyncei tractabant varijs omnes sollicitudinibus et laboribus lassi nihil de insidijs cōcedebatur vel exiguum temporis spacium cogitare que tamen satis abdite et versute erant scribebant enim ad ipsum Nuntium eum Celiusij Seductorem esse et multa apud ipsum mala patrasse ipsosque per maxime anere ut vel non rediret in Italiam vel reditus significarent, Preterea ut caveret omni studio ne in preclaram aliquam conditionem attolleretur Illuminatus sed quam possibile esset deprimeretur, Qualia similia multa attulere ut iuvenem in extremam ruinam deturbarent. Nuntius nihil horum ostendit Illuminato verum ex adverso maximam simulauit amicitiam, ut plane captione ea deceperit illuminatum, Conuocabat eū quotidie ad secretiores discursus intus in cubili ubi raro nullum audiebat ut sic arctiorem amicitiam ostenderet, Plurima petebat semper ab illumina: to plurima cessarat sepe ei narrabat sperans ab eo auxilium sed plane trieum aut Bellerophontis attalit.

Eo pacto absolutus fuit ille annus totius commodis damnis et miserijs omnium Lynceorum ut fere eorum nemini eo tempore exiguum quietis spacium cesserit. Contra omnem profecto Culpam que etiam ratio non desistendum esse ab incepto persuadebat. adeo fidebant magni Dei auxilio. Laus Deo. et S. Joanni Evangelistę.